

Ad Regem Poloniae

Carissimo in Christo Filio No^o Augusto Poloniae Regi

CLEMENS PP. VII.

Carissime in Christo Fili No^oter salutem &
Religiosae Familiae Regularibus Clericis, qui
a Scholis suis Nomina habent Superioribus An-
nis, per Bullas nostras Liberas facultatem
dedimus, ut suis in Adibus ubiq^{ue} terrarum se-
veriores etiam disciplinas Inventum publice
docere queant. Sic enim eorumdem Studia ma-
gis, magisq^{ue} propagatum iri existimamus
quibus vera Dei Religio viget, atq^{ue} exornatur. Cum
Autem Vilnensis Academia, paululum hesitasset
an illi ex munere defungi, alijs quam suis Pro-
fessoribus ex Apostolico privilegio liceret. Causa
Causa primum a nostro apud Majestatem Tuam
Nuntio deinde Romae ipsdem Clericis adjudicata, fi-
nem habuit, iteratumq^{ue} Diploma nostra indicem
voluntatis, de qua nemo possit amplius dubitare.
Adhuc tamen severe, ne hujusmodi Scholas aperiant
impediuntur. Quod sane dolenter audivimus, miratiq^{ue}
sumus retardatam Pontificio Decreto obedientiam ab ea
Universitate, Caeteroquin apostolica sedis observantissi-
ma. Ne tamen diutius in tali injurioso proposito

consistat, ne cunctando in Crimen vertat, quid quid hoc
tenus inconsulto fortassis fecit. Majestatem Tuam
obsecramus atq; obtestamur, ut Regiam Auctoritatem
ad comprimendos, si qui non dum in academia resipu-
erunt contumaces animos interponat, atq; ita rem agen-
dam suscipiat, ut illam intolerabilis hujuscumq; cuncta-
tionis notam, a se prius abiciat. Erit id nobis ve-
hementer gratum, in eiq; pariter ostendes eximium
Tuum erga nos ipsos Romanam Sedem studium
ac Religionem. Cui Paternae Caritatis vicem re-
pendentes, Apostolicam Benedictionem Majesta-
ti Tuae Carissime in Christo Fili imploramus.

Rome 20. Ibris 1739.



Ad Episcopum Vindobensem
Venerabili Fri Epopo Vindobensi

C S E M E N S PP. XII.

Venerabilis Frater salutem &

ignoramus profecto quid sit, quod cum Clerici Regulares
P. M. D. a Scholis Pijis nominati per Bullatas nostras
Literas facultatem acceperint publice ubiq' terrarum
suis in Adibus docere severiores quoq' disciplinas, idem
eis nondum Vindobae liberum fuit. Audivimus aliqui
ipsis vestro obtentu Academia commotam fuisse mi-
trio difficultatem; quam ob rem, quoad es consideretur
libenter pro Nostra Paterna Caritate tacuimus.
Nunc autem cum Apostolici primum in Polonia
Nuntij, deinde Romano iudicio deleta, et rursus
Nostro Diplomate penitus extincta fuerit, mole-
ste ferimus eosdem Clericos diutius isthuc prohi-
beri, ne per Theologie nobiliorumq' Artium Sci-
entias suis in Gymnasijs instruant, quot, quot a
illis discendi causa convenire velint. Et haec quidem
Universalitatis repugnantia, quo minus illi consesso
Inunbre defungantur, Antumacide negatoy Pontif-
icis Decretis obedientie speciem exhiberet, nisi
nobis persuasum foret, id inconsiderate fieri, Academia

Amq'

K.ub. Florib. 1688.

1739 Abra 20

Amē Te Monitore, auspice, ac Duce suscepto imperi,
Enclī proposito statim discessuram. Quod ut Tra-
ternitas Tua seculo obtinere studeat sollicito
cupimus, haud ignari quantum auctoritate
vabeas, et quam Tibi cordi sit De Nostra, qua
illam hactenus complendi sumus benevolentia te-
pescat, et suum ipsi constet in Romana Sede obse-
quium. Et huc ut alacriter operam contendas
Nossem Venerabilis Frater Apostolicam Be-
nedictionem plurimam impertimur.
Romae 20. Abri 1739.

1739 abra 20 d

Kopie Listow Prywatnych
od Papiera do Szkoła Królew. y
Książstwa Wilen.

N^o 135^{ty} pod Lit^o A^o
Litera A M 32 Lit. 1.

